

Vc
3607



h. 27

J

J



h. 2, 80.

Vc
3607

JUSTA ELECTORALIA SAXONICA.
quibus
D.
Manibus
Beatissimi

JOHANNIS GEORGI I.

ELECTORIS-SAXONIS
PATRIS,
placidam quietem,
S.
Auspiciis
Augustissimi

JOHANNIS GEORGI II.

ELECTORIS-SAXONIS
FILII,
*prosperitates æviternas
adprecantur
Freibergensis
Presbytery atq; Lycæi
Collegæ.*

*Charactere Beutheriano
Cl. Ic. LVII.*



Ecclesiasticus
Cap. XXX. v. 3. 4. 5. 6.

Qui docet Filium, in Zelum mittit inimicum, & coram Amicis exultabit in Illo; Mortuus est Eius Pater, & quasi non est mortuus, Similem enim Sibi reliquit post Se; In vitâ Sua vidit & lætatus est in Illo, & in obitu Suo non est contristatus; Contra inimicos reliquit Vindicem & Amicis reddentem gratiam.



JAM FLET RELIGIO SUB CELSI SAXONIS ENSE,
SUB RUTA REGIO FLEBILE FUNUS AGIT.

*

Wie! wie muß doch die Kirch mit Angst und tieffen Schmerzen
Ist unterm SAHSEN-SCHWERT erfüllen Mund und
Herzen/

Wie wird zur Leichen ist das ganze Vaterland/
So unterm RAUEN-KRANTZ erlangte Schutz und
Stand!



NUNC STAT RELIGIO SUB CELSI-SAXONIS ENSE,
SUB RUTA REGIO NOBILE FOENUS HABET.

*

Nun gehet wieder auff der Kirchen klare Sonne
Hier unterm SAHSEN-SCHWERT / in reicher Freud und
Wonne;
Nun hat das Vaterland und sein bezirckter Kreyß/
hier unterm RABTEN-KRANTZ Gewinn und hohen
Preis.

M. C. Lincke.



I.

PHOENIX
ELECTOR-SAXO

semetipsum
releminat.



PLECTOR-PHOENIX, defuncti conscius ævi,
Indormit, Patrios & petit inde Polos.
Plangite devoti Indigenæ, lacrumisq; solutis
PHOENICIS-CINERES compluitote-PATRIS.
ELECTOR-PHOENIX se dite releminat ortu,
Heredemq; Sibi-linquit in orbe Parem;
Plaudite devoti Indigenæ, numerisq; canoris,
ORDIA PHOENICIS-suscipitote-SATI.

VIVAT JO! SATUS-HIC-PHOENIX PHOENICIS AD INSTAR
PATRIS, ET UT PHOENIX SECUA AVITA COLAT,

*

Chur-Sachsen
ALZE-PHOENIX/
verjünet Sich
Aus Sich Selbst.



Er **ALZE-PHOENIX** stirbt/nach vielen grauen Jahren/
Entfluegt der Schnöden Welt/und lässt alles fahren/
Was nicht-und flüchtig ist/hat Seinen Flug gewandt
Zur hohen Himmels Bahn/ins Fürsten-Vaterland,
Ihr Unterthanen Ihr/last eure Thränen fließen/
Last eure Hersens Bach die Jammer-Ströme giessen/
Weil Dieser **PHOENIX** ist nunmehr von uns dahin/
Aus Dessen Flügel-Schutz uns wuchse zu Gewin.

Der **ALZE PHOENIX** lebt/auch mitten in dem Sterben/
Ersaamt Sich aus Sich selbst/lässt einen solchen Erben/
Der Ihm ist gänzlich gleich an Tugend/Ehr und Macht/
Und Der auff's Landes Heil und Wohlfart ist bedacht.
Ihr Unterthanen Ihr/ermuntert eure Herzen/
Ergeistert das Gemüth in euern Trauer-schmerzen/
Und nehmt mit froher Lust und Andachts-vollem Lauff/
Zu Eurem Schutz und Trost den **ALZEN-PHOENIX** auff.
Es lebe/lebe wohl/viel lange Jahr und Zeiten/
Mit Ehre/Blut und Macht/bis in die Ewigkeiten/
In gleicher Vaters Art/der **GRÖSSE PHOENIX**-Sohn/
Und wachse Himmelan Sein Chur-und Fürsten Thron!

B

II. RUTÆ

II.

RUTÆ

SAXO-ELECTORIÆ,

PRINCEPS-FOLIUM

defluit,

non deficit Alterum.

DUM PRINCEPS-FOLIUM, SAXO-ELECTORIA RUTA,
Defluit in maciem Morte trahente, Tibi
JANO-emarcente-GEORGO
PRIMO.

Quis non refundat uberantes lacrimas?

SED PRINCEPS-FOLIUM, SAXO-ELECTORIA-RUTA,
Dum redit in florem, Sorte ferente, Tibi
JANO emergente GEORGO
SECUNDO,

Quis non retundat uberantes lacrimas?

INDOLE macta TUA, SAXO-ELECTORIA-RUTA,
Pelle venena, Umbra nos, colubrosq; fuga;
JANO-Induperante-GEORGO
SECUNDO,

Et æviterna nos SALUS circumdabit,

CEU tales vires, SAXO-ELECTORIA-RUTA,
Est largita TIBI Cura benigna DEI,
JANO-Superante-GEORGO
PRIMO,

Et æviterna nos SALUS circumdedit.

*
Chur-Sächsisches

HochFürstliches

RAUTEN-BLAZ

verwelcket

und

Grünet wieder aus Sich selbst.

WEr wolte weinen nicht? Nach dem das FÜRSTEN-BLAZ
Am Sachsen-Rauten-Stock nicht mehr sein grünen hat/
Als durch des Todes Grün und allgemeines morden
JOHANN-GEORG der Erst ist abgeselet worden;
Und da das FÜRSTEN-BLAZ/die Edle RAUTE aus Sachsen
Auffs neue Grünet aus zum blühen und zum wachsen/
Als JOHANN-GEORGENS-SOHN des Vatern Bild und Licht/
Regieret Leut und Land/wer läßt das Weinen nicht?
Du FÜRSTEN-RAUTE Du/Nach deiner Kräfte geehret/
Vertreibe alles Gift/und was uns sonst beschweret/
Beschatte uns dein Volck mit deinem Rauten-Schutz/
Und jage von uns weg der Schlangen Biß und Truß;
So kombt uns allen zu das hochgewünschte Heil/
Weil wir am Rauten-Schutz erlangen alle Theil.
Und was JOHANN-GEORG Der Erste gab im Leben/
Daß wird JOHANN-GEORG Der Andere uns geben. III.EN-

JUSTA ELECTORALIA SAXONICA.

III.

ENSIS
ELECTORII-SAXONIS

MUCRO,

Deorsum-Sursum

Verfus.

SAXO-PATER moritur! mox ELECTORIUS-ENSIS
Mucrone inverso, palla vice, tendit.

DEORSUM

IN VAGINA.

HERES-SAXO oritur; mox ELECTORIUS ENSIS
Mucrone erecto, grata vice, tendit

SURSUM

E VAGINA.

EUge Deus faxis, porro ELECTORIUS ENSIS
Mucronem erectum ferat usq; triumphans

SURSUM,

Pro REGE, LEGE, pro GREGE.

UT PAX atq; DICE sub Eo nos basiet, atq;
Indemnes nostras habitemus olivas.

DEORSUM

Sub REGE, LEGE, sub GREGE.

Sächsisches Chur-Schwerdtes

SPITZE

fehret sich

Hinab- und Hinauff-werts.

DEr SACHSEN-BAER stirbt; Bald sich das Chur-Schwerd fehret
Mit umgewandter Spitz hinabwerts in der Scheiden/
mit Leiden.

Der SACHSEN-SOHN tritt auff; alsbald ganz unverschret
Das Chur-Schwerd sich begiebt hinauffwerts aus der Scheiden/
mit Freuden.

Gib allerhöchster GOTT/das Dieses Chur-Schwerd sey
Ein immer-Sieges-Schwerd hinauffwerts auff der Erden/
Fürm Kayser/Wort und Heerden/
Und das uns Fried und Recht/vom Krieg und Unrecht frey/
Durch Dieses theure Schwerd hinabwerts möge werden
Untrm Kayser/Wort und Heerden.

IV.

INSIGNIA

SAXONIS-ARCHI-MARSCHALLI

PATER

Semper

CONSTANS ET MAGNANIMUS

I.

Tradit

FILIO-SUCCESSORI

Semper

CONSTANTI ET MAGNANIMO.

B 2

EN

En RUTAM, En ENSEM, Tibi trado, ô Inclute *SANGVIS*,
 Belli-Ensis, PACIS-Tessera-RUTA fiet.
 ENSE! recide Malum, RUTA propelle Venenam
 Sic stabit REGIO RELIGIOQ; TIBI.

2.

Capit

FILIUS-SUCCESSOR

Semper

CONSTANS & MAGNANIMUS

à

PATRE

Semper

CONSTANTE & MAGNANIMO.

Hunc ENSEM, Hanc capio, PATER-OPTIME-MAXIME, RUTAM,
 Belli-Ensis, PACIS-Tessera-RUTA MIHI.
 ENSE recido MALUM, RUTA Propello VENENUM,
 Et sic stat REGIO RELIGIOQ; MIHI.

*

ARMEE und SCHWERT /

als

Sächsisch-Erb-Marschalls

Stamm-und Chur

WAPEN /

übergiebt

Der Beständige und GroßMütige

Chur-Vater /

Dem Beständigen und GroßMütigen

Chur-Sohn.

Hier hastu ARMEE und SCHWERT in Deine Fürsten Hand /
 O Grosser Fürsten-Sohn / zu diesem Zweck und End /
 Auff daß die ARMEE und SCHWERT sey Dir und Deines Gleichen
 In ganzem Lebens Lauff ein Fried- und Krieges-Zeichen;
 Durchs CHUR-SCHWERT schneide ab des Volcks verübte Sünde /
 Die ARMEE jage weg des Lebens Gifft geschwinde /
 So wird alsdenn das Land und GOTTES reine Wort
 In voller Blüte stehn / und wachsen immer fort.

2.

Empfahet

Der Beständige und Großmütige

Chur-Sohn /

von

Dem Beständigen und Großmütigen

Chur-Vater.

Ich ARMEE und das SCHWERT empfahen Meine Hand /
 O Vater / Grosser Fürst / zu diesem Zweck und End /
 Auff daß die ARMEE und SCHWERT sey Mir und Meines Gleichen
 Im ganzen Lebens Lauff / ein Fried- und Krieges-Zeichen;
 Durchs CHUR-SCHWERT schneid Ich ab des Volcks verübte Sünde /
 Die ARMEE jaget weg des Lebens Gifft geschwinde /
 So steht alsdenn das Land und GOTTES reine Wort
 Bey Mir in voller Blüth / und wächst immer fort.

FREIBERGÆ HBRMUNDURORUM

Sebastianus Gottfried Starck /

SS, Theol, Doctor, Pastor & Superint.

Heu Pater! heu patriæ Pater! Illustrissimus Heros,
 Ensis Imperii: Saxonis orbis Atlas:
 Heu nos, heu miseros, tanto sub turbine rerum,
 Deserit, & sursum cœlica regna subit!
 Nuper, sepositis armis, acquirere Pacem,
 Acri fervebat sedulitate suâ:
 Justitiæ verò tanto flagrabat amore,
 Ut populis leges, rectaq; jura daret:
 Nec minus intrepidè pro religione, Deiq;
 Cultu, vel vitam fundere promptus erat,
 Si dubitas, evolve pii sub Principis hujus
 Nomine calcographis edita scripta typis.
 Immò fidem faciunt quoq; decantata diebus
 Quæ sunt in festis júbila lata Deo,
 Præ reliquis testatur idem confessio, quæ tunc
 Mortis in articulo sic repetita fuit:
*Qui Scopus ante meæ vitæ fuit, atq; laborum
 Meta, meum JESUM mente reservo meâ.
 Nulla meos talis subeat vesania sensus,
 Ut JESUM possim mittere corde meo.
 Non dimitto, meos dum spiritus hoc regit artus,
 O JESU JESUS sis maneatq; meus.*
 Taliter orantem Jesus suscepit, ut oris
 Amplius in nostris non superesse queat.
 Hinc meritò lugent & terram sindone stringunt,
 Ejus qui carni corda propinqua gerunt.
 In lachrymas autem luctusq; resolvimur omnes,
 Qui tanti fuimus subdita turba Ducis.
 Heu! nostris cecidit detracta corona capillis,
 Et petiit superas ancora nostra plagas.
 Væ nobis, siquidem nostratis crimina culpæ,
 Tanti colluviem promeruerè mali.
 Inde suas sortes pax atq; pericula deflet,
 Et miseræ tandem quid mihi fiet, ait:
 Justitiæ verò Themis imperterrita custos,
 Præsidium queritur terga dedisse sibi.
 At Pietas pavido versans in corde dolorem,
 Religioq; suas dilaniata comas,
 Marmorei, manibus prensantes claustra sepulchri
 Hac sua mole dolent emolumenta regi.
 Sed quid opus lachrymis? quid pectora tundere palmis,
 Aut querulos prodest ingeminare sonos?

C

Nam,

Nam potiore sui parte Illustrissimus Heros
 In superâ cœli sede beatus agit:
 Nullus ubi dolor est, nec crux, nec fessa senectus,
 Nec quæquam mortis vis inimica necat:
 Sed merâ vita, salusq; vigent, animæq; piorum
 Ipsius e vitæ fonte perenne bibunt;
 Æterniq; Patris Mens & Sapiencia CHRISTUS
 Fervida divino Numine corda rigat.
 Mox seqviore sui splendescens parte resurget,
 Cœlestesq; simul participabit opes.
 Interea laudes ejus, nomenq; manebunt,
 Donec in hac fragans Ruta virebit humo.
QUod superest, ingens quoq; laus & gratia summo
 Debetur, tanta pro bonitate, DEO:
 Saxonicae quod stirpis adhuc NON DEFICIT ALTER,
 Deserti Ductor qui gregis esse potest:
 Et veluti Patris est laudabile nomen adeptus,
 Quando sacris infans est renovatus aquis;
 Sic, quoad ætheriâ vescetur spiritus aurâ,
 Virtutum solers æmulus esse cupit.
 Hinc quoq; Pax oleâ flavos redimita capillos,
 Saxonico stabiles figet in orbe pedes.
 Nec minus, æquali quæ dividit omnia lance,
 Inq; pari fundat jusq;, piûmq;, loco:
 Justitiæ veneranda fides, sub Saxone Ruta,
 Gestiet officii munus obire sui.
 Præcipuè Pietas, cœlo demissa, salubris,
 Porro propagabit Relligionis opus:
 Et velut à tenebris terras, hominesq;, ferasq;,
 Lumine Sol purgat, vivificatq; suo:
 Sic sincera Fides, purgataq; dogmata Verbi,
 Flammis lustrabunt pectora cœca suis:
 Atq; simul vitam, superatâ morte, perennem
 Adducent, cœli quâ patet aula, piis.
 Hinc vetus Ensisero FELICITER, omnibus oris,
 Acclamat Procerum pura medulla Duci:
 Et veluti Proavum, solemnî more, Senatus
 Imperii tales juslit obire vices:
 * AUGUSTUS SAXO, ne quid Republicâ damni
 Accipiat, vigili mente cavere velit:
 Sic quoq; nunc optant, quibus est Republica curæ,
 Et quos Virtutis sublevat ala solo:
 Ut novus, Illustres inter Magnosq; Dynastas,
 Elector factis digna brabea ferat.

* Vide Laur. Pecken-
 stenii compend. Hist.
 p. 35.

Præter-

Præterea vacuum tacito ferit æra plausu,
 Et pia vota Deo subdita turba litat:
 Hic novus ut rerum Dominus, sub tegmine JOVÆ,
 Vivat, & optatæ tempora pacis agat:
 Defunctiq; premat vestigia clara Parentis,
 Ac sit Saxonica firma columna Domus,
 Immo Senis vivat longævi Nestoris annos,
 Vivat, ut in Myfiâ Pax dominetur humo:
 Vivat, ut exiliis duris Astræa relictis,
 Recreent infantes, discrucietq; malos,
 Vivat ut in templis, fulgente sub Ense, sacraq;
 Rutâ perpetuò dogmata sana sonent.
 Vivat, ut extremæ post ultima stamina vitæ,
 Ante thronum summi vivat, ovetq; DEI.
Verùm ne faciles obtundam pluribus aures,
 Languida sermonis contraho vela mei,
 Ensiferoq;ve Duci quæ nunc oblata fuerunt,
 Et certè finem sunt habitura bonum;
 Debita vota simul reliqvis acclamo Dynastis,
 Sangvine Saxonico quotqvot in orbe cluent:
 Aut, Clypeis inserta suis sacra germina Rutæ,
 Ostendunt Generis splendida signa sui.
 Insimul Hi vivant, valeantq;ve, ut fortibus ausis
 In placido pandant candida vela salo:
 Donec eis supero cœli considere portu
 Detur, & æternâ prosperitate frui.
 Hæc ego nunc voveo: profusis omnia votis
 Ut bene succedant, Adjuva JOVA juvet.

M. Balthasar Wagner / Archidiaconus,
 & Rev. Minist. Freibergensis Senior,
 A. Æt: 71. Minist. 48.

ELECTOR moritur, moritur PAX insimul & SPES,
 Commoritur PIETAS, commoriturq; FIDES.
 Tu prohibes fletus? Libycis si Syrtibus exul
 Irem, & Carpathium per mare, flebo tamen.
 Ecquis non PACEM fleat? Ecquis non simul & SPEM?
 Ecquis non ploret cum PIETATE FIDEM?
 Sed fletum satis est, PAX, SPES, PIETASq; FIDESq;
 ELECTORE NOVO vivificata vigent.
 O semper vigeant! Vigeat Novus ipse ELECTOR!
 Hostis ad invidiam floreat & vigeat!

M. GABRIEL SCHLEIFFENTAGIUS,
 ad S. Petri Ecclesiastes.

STat sua cuique dies fati, certissima mors est;
 Sit Princeps, sit Rex, Cæsar & ipse fiet
 Sic ruit heu! *Patriæ Pater* & fortissimus *Atlas*,
Electoralis sic quoque *Ruta* cadit.
Ruta cadit, *Cælum* quam suscipit omne, locatam
 inter *gemmales atheriasq; Rosas*.
 Et sub telluris materno tegmine *Carni*
 Lumen ad extremum *Paxq; Salusq;* datur.
 Sic nostrum *Patriæ Dominum*, summumque *Parentem*,
 & *cæli & terræ commoda* quæque manent.

Jacobus Setlerus, ad D. Nicolai
 Ecclesiastes.

MOrtem ELECTORIS eum surdi ad litoris oras
 verba sonant flenti consociata lyra,
 Ecce non lachrimas mors hæc extundat acerbas?
 dum *PATRIÆ PATREM* surpuit atq; *DUCEM*,
Naclero orbatur, *vigili* si *præside*, *puppis*,
arbitriis rapitur per freta longa *Notum*,
 ac scopulos quassata ferit, rimisq; profundum
 sorbet, & imbibitis fracta operitur aquis:
 Sic *PATRIÆ PATER* & *Dux* hic celsissimus omne
 morte suâ patriæ fertq; refertq; malum.
 Orandum est igitur nobis, mala quæq; *Jehovæ*
 auferat à nostro *Dextera* dia solo,
Æterniq; *PATRIS* sub principe marmore corpus
 molliter ex voto dormiat atq; cubet:
 Et *novus* *ELECTOR* qui *Vivida* *PATRIS* *IMAGO*,
 incolumes vivat, sed sine fœce, dies.
CHRISTE, preces suas, nec non lamenta duorum
 percipe & afflictis, quam potes, affer opem;
 Aspice res nostras propius, perpende futuri
 temporis & rerum commoda, damna, statum.

Gabriel Polonus
 ad S. Jacobi Pastor.

VEnit amara dies, gelidi quâ marmoris Umbræ
PATRIS-RUTIGERI Membra dicanda jacent:
 Ah bona quanta jacent! proh munera quanta perempto
 hoc *PATRE* sub terris contumulata vides!
 Amisit *COLUMEN CÆSAR*, *Germania* *MURUM*,
 Relligio *UMBONEM*, *Gensq;* sacra *DEUM*;
 Pax bona *CUSTODEM*, *TUTOREM* *Astrea*, benignum
ALTOREM *Pietas*, *Patriæ* nostra *PATREM*.

Tan-

Tantam hinc jacturam PROCERES cum CÆSARE lugent,
luget Relligio cum Regione simul;
Pax luget, luget Pietas, Astræaq; luget,
atq; ELECTOREM-Patria mæsta-DUCEM;
Luget Saxonæ, luget Misneidos ora,
Lusatim luget Tyrigetumq; solum;
Mutatis lugent tremebundæ vestibus Urbes,
longaq; pro seroto pepla virente gerunt;
Muta sub attonitis laquearibus Organa lugent;
nec dulces aurâ dant subeunte sonos;
Lugent Templorum mulcentia-Cantica-mentes,
aureq; percipitur nil nisi triste melos.
Imò etiam luget Lux princeps luminis ipsa,
inq; Polo nigris currit operta comis.
Explicat hunc luctum svade melligine diâ
VVellerus, CELSI-SAXONIS Abba sacer.
Peccatum satis est, inquit, satis est peccatum,
Peccatum Patriæ surpuit huncce PATREM.
Peccatum satis est, eheu! peccavimus, eheu!
Vindictamq; Deus, criminis ultor, agit.
Nam trahit ut ferrum mirando robore magnes,
Sic quoq; supplicium crimina nostra trahunt:
Ite igitur, Cives, sacras volvamur ad aras,
presemus calidâ NUMINA lesa prece,
ut facili vultu nostras advertere partes,
Atq; malum a nobis vertere quodq; velint.
TU verò antiquis HEROIBUS addite PRINCEPS
ELECTOR, multum-JANE GEORGE-vale.
Inter Cælorum gemmantia germina posthac
floribus æternis RUTA-BEATA vire.
Vive, virefces, vale, PATER OPTUME MAXUME quondam,
TE nobis poterit demere nulla dies.
Et TE nostratis Patriæ FULCIMEN & ALTER
JANE GEORGE, PATER, GLORIA-DIA gregis;
ENSIFER-ELECTOR FORTIS, Pietatis AGALMA,
UNEq; sinceræ Relligionis APEX,
Servet ad innumeros JOVÆ clementia soles,
IMPERIIq; TUI MUNIA-CELSA regat,
Subdita quò semper Gens atq; Ecclesia CHRISTI
ENSE sub & RUTA vivere tuta queat.

M. Carol Lincke/P. L. C.
 Ecclesiastes in Æde Cathedrali

D

Uc

Ut primùm vidit *Præcelsi* SAXONIS urnam
 Fama, refert tales *Hebilis* ore sonos:
 Dignus erat PRIMUS JAN-GEORGIUS, usq; superstes
 Viveret, *Augustæ* firma Columna RÆI.
 Sed quando HUNC terris diæ inclementia mortis
 invidit, *Nomen* mox super astra feram,
 Dixit: & ætherias mox circumlata per auras
 omnibus in Mundi finibus ista sonat:
 Vivit post funus SAXO JAN-GEORGIUS, *Hæctor*
 Teutonicus, MAGNI Nomina Magna ferens.
 Imò & post Patrem vivat JAN-GEORGIUS ALTER,
 & PATER ut MAGNUS, Nomina Magna ferat;

Subjectissima Reverentia

ergo

Celsissimis Manibus

S.

M. Bartholomæus Glaser/
 Symmysta Petrinus,

Siccine Saxonie Dux, atq; Elector acutâ
 Fataliq; necis falce resectus obit?
 Nimirum rigidis mors sceptrâ ligonibus æquat,
 Cumq; Iro Cræsum sub sua jura trahit.
 Verùm vae nobis, quoniam tot crimina nostra
 Istud inacceptum commeruere malum.
 Nam quoties peccant homines, Deus abripit ultor,
 A quibus in populum gratis larga fluit.
 Hinc quoq; multiplicis deslere piacula culpa,
 Et veniam factis postulare quæq; decet.
 Imprimis patriæ Patri cœlestia tempe
 Gratari fas est, Aliturmq; choros:
 Nunc quibus admixtus meritarum carmina laudum
 Concinit omnibono, voce sonante, Deo:
 Et simul expectat rediivivi corporis artus,
 Cum triplex mundi flamma resolvat opus.
 Præterea verò calidos offerre precatus,
 Atq; piis votis astra ferire decet:
 Ut novus Elector vestigia clara Parentis
 Ulterius Mysio sospes in orbe premat.
 Vivat, & in patria laudes Celsissimus Heros
 Crescat, & imperiis præmia digna ferat.
 Immo simul vivant, Heroi sanguinis hujus
 Participes summus quos Deus esse sinit.

M. Johannes Fritzsche/
 Concionator matutinus ad S. Nicol.
 Luge.

Lugetis meritò *Charites*, teneræq; *Camœna*,
 Lumine *Naiades* meritò profunditis udo
 Salsas lacrymulas, & tu, *Pataræ*, tepentes
 Defluis in fletus meritò, tu *Misnia* mœsta,
 Et tu *Saxonia*, & tu tota *Thuringia* nigris
 Incedis pallis, cecidit pretiosa *Corona*
 Vertice de capitis nostri, *Patriæ Pater* ipse,
 Heu nobis! cecidit, cecidit *Saxo*, *Enfinger Heros*,
 Heros, *Austriacis* ipse quem *Cæsar* in oris
 Prosequitur lacrymis, & nigrâ *Sindone* tristem
 Verrit tellurem, quod *Belli* & tempore *Pacis*
 Fidus erat, reliquis tergum vertentibus hosti.
 Væ nobis! Cecidit, cecidit speciosa *Corona*
 Vertice de capitis nostri! Sed sistite fletus
 Cum *Phœbo* vestros, *Clarides*, *Charitesq;* puellæ,
 Sistite, pertæsus funesta pericula vitæ
 Hujus, cœlesti *Princeps* spatiat in aulâ,
 Quam *Sortem* nitidi potius gratamini *Olympi*,
 Et pia vota *NOVO* *Patriæ* profundite *PATRI*.
 Præibo: *VIVAT, VIGEAT ET FLOREAT* annos
ELECTOR *Pylis*, noviter quem *Cura* benigna
Numinis æterni patrio concessit amore.

*Ita in summo Patriæ luctu humillima subjectionis
 & pientissima memoria ergò merito animo
 luget & corde vovet*

*M. Ambrosius Walpurger/
 ad D. Jacob. Diaconus.*

Cæsaris & Regum, sacriq; Palatia celsa
 Imperii luctus tristia signa gerunt;
 Ejulat in lacrimis gemebundus Teutonis Orbis:
 JAN Magnus-Constans-Saxo-GEORGLIS obit.
 Magnanimus-sincerae Affertor Religionis,
 Et sacri-Constans Ensiset-Imperii.
 Cæsaris ac Atlas, & Regum fidus Achates,
 Saxonicae Patriæ Cana Corona jacet.
 Hinc ille lacrimæ! dolor hinc! sed sit modus Ecce!
 Quod mors surripuit, restituit Dominus.
 Vivit Imago Patris patriâ virtute resurgens,
 JAN-Magnus-Constans Saxo GEORGLIS adest.
 Affertor vivat sincerae Religionis,
 Magnanimus-Constans Ensiset Imperii.
 Cæsaris ac Atlas, & Regum fidus Achates,
 Saxonicae Patriæ, Vivat Imago Patris.

& ii Mei-

Meinen Jesum laß ich nicht.

Ultimum fidei sincerissimæ momentum,
Magnanimi-Constantis Saxonis.

Te JESUM teneo, nunquam te desero JESUM,
Æternum, JESU, tu mihi JESUS eris.

Fridericus Starck/
ad D.D. Johann: & Barthol. Pastor.

INterni, Externiq; dolent, SAXO ENSIFER HEROS
E terris rigidâ dum nece tactus abit.
Decrepiti & Juvenes turbantur pectora luctu.
Collutulant lacrymis Fœmina, virq; genas,
Lugubres mœstâ condunt Pimpleide versus,
Quos potat Clariis Phœbus Apollo meris.
Quod possunt, præstant. Quid ego? Precor, usq; PATERNAS
FILIUS ELECTOR VIVAT OLYMPIADAS.

M. Michael Maukisch.
ad S. Petri Diaconus.

Heu caput! heu oculos! latera heu! heu viscera cuncta!
Ecce Corona Virum Magnatum, Saxo, superbus
effertur, Magnus; patriis Pater excidit oris;
Sceptra jacent, gladius magni gestamen Atlantis
inferiora petit verso mucrone, supinum
ima petit solium, lacerum tremit aula Charontem.
Funera chara videns falsis Celsissima Compar
innatat in lacrumis; multum Generosa Propago
Numine singultus effundit victa latente,
insolitoq; genas pallentes rore madescit.
Grandævus Procerum Consi, sacer ordo, Senatus
Obstipo in funus vultu procedit acerbum;
Reliqua mœsta manus querulo suspiria tractu
ingeminans miserum præcordia fracta fatigat.
Misnia quin Patris, dextraq; sacerrimus orbis
jacturam, Imperii, tristem fecisse fatetur;
Patronumq; cliens, certum grex orbis asylum
pendulus atq; animi dubius suspirat ademtum.
Phœbus & ipse jugis funesta silentia doctis
indixit, fidibus pullâ testudine vullis.
Theiosebæa suos, divumq; Astra hominumq;
Aestrix cultus, prisca & Candoris agalma
unâ egisse dolent hoc uno funere funus.
Hinc meritò resonat magnum per inane! querela:
Heu caput! heu oculos! latera heu! heu viscera cuncta!

Verum

JUSTA ELECTORALIA SAXONICA.

Verùm heus, num totus feralibus occubat umbris
Noſter *Saxonicus Semo Jan-Georgius?* abſit.
Cœleſti in folio *mens nunc Generoſa* triumphat,
orbè ipſo major grandescit *fama ſuperſtes*,
& viduos faſcès *patriæ* capit *æmula Virtus*;
nec ſecus, Oceani ac Sol vespere merſus ut undis
manè reviviſcit: Sic jam nunc *Saxone terrâ*
Solis ab occaſu *Veteris* primordia pendent
grata *renascentis* dextro moderamine Dii
Numinis, exortu noſtris quæ nubila pellunt
finibus, atq; novæ nos reddunt fortis alumnos.

Luctu hinc ſpeq; bonâ, diviſæ *Misnidos* oræ
occubitum *Veteris*, pariterq; *orientis* adorant
natales, leſſum & votivo hoc marmore ſignant:

Æternùm valeat PRIMUS JAN-GEORGIUS, Heros
Magnus, ſincera fidei fidiffimus Hector,
Delicium Generis, Patriæ decus, umbo, ſalusq;
Vivat & æternùm Magni poſt fata Parentis,
Major ſucceſſor, JAN-GEORGIUS ille SECUNDUS,
Quem Pax, dia ſalus, ſuperùmq; æterna poteſtas
amplèxu foveat tenero, cum STIRPE perennem!

Mnemofynon
Illuſtriſſimæ Memoræ
DN.DN. JANI-GEORGII Utriuſq;
Patris - Filii
Electoris
Sacrum
ex
Subjectiſſima devotione

Ottonis Benewiſens/Freiberg,
Phrontiſt. Patr. Rect.

VIXIT ! HEU ! VIXIT !

OMNIBUS INSIGNIS VIRTUTUM LAUDIBUS HEROS,
TOTIUS EUROPÆ PRINCIPUM
MIRACULUM.

CONSTANS ET MAGNANIMUS
JOHANNES GEORGIUS I.
PLACIDISSIMI FRIDERICI ELECT. II. ATNEPOS.
ANIMOSISSIMI ALBERTI ABNEPOS.
PIENTISSIMI HEINRICI PRONEPOS.
MUNIFICENTISSIMI AUGUSTI NEPOS.
CHRISTIANISSIMI CHRISTIANI Imi
FILIUS IDOGENITUS
EX
SERENISSIMA PRINCIPE
SOPHIA,
JOHANNIS GEORGI ELECTORIS
BRANDEBURGICI ETC.
FILIA.

E

QUEM

QUEM IN LUCEM EDIDIT

DRESDA

URBS AULA ELECTORALI MAGNIFICENTISSIMA.
SITU JUCUNDISSIMA.
VALLO MUNITISSIMA.

A. S. C. I. LXXXV. A. D. V. MARTI M.

HUJUS

GENIUS IGNEUS IN SE HOSPITARI NESCIUS
PRIMO STATIM ÆTATIS FLORE
EXTERORUM REGNA LUSTRAVIT
ET PRÆCIPUAS ITALIÆ URBES:
ROMAM, VENETIAS, MEDIOLANUM
AC FLORENTIAM ETRURIÆ METROPOLIN.

Post

PATRIIS TERRIS SALVUS REDDITUS.
EREPTO AUTEM REBUS HUMANIS

A. C. C. I. C. XI

JEHOVA DISPONENTE,
ANTECESSORE OPTIMO,
FRATRE

CHRISTIANO II^{DO} ELECTORE ^{BTC.}
OMNIUM ORDINUM SOLENNI APPLAUSU
SUCCESSIT

INCOMPARABILIS PRINCEPS.

GRAVISSIMUS S. R. IMP. PRÆFECTUS PRÆTORIUS.
OPTIMUS LITERARUM STATOR.

FELICISSIMVS PATRIÆ CONSERVATOR.

BENIGNISSIMVS SVBDITORVM PATRONVS.

INVICTISSIMVS VERÆ RELIGIONIS DEFENSOR.

ACERRIMVS IUSTITIÆ VINDEX.

VENERANDUS ELECTORUM COLLEGII SENIOR.

LAVDATISSIMVS PARENS.

EILIORUM VII.

FILIARUM III.

NEPOTUM ET PRONEPOTUM LXIV

HONORATISSIMUS AVUS ATQ; PROAVUS,

RARISSIMO PRINCIPUM EXEMPLO.

VERVM ENIM-VERO

QVIA

ÆQVA LEGE NECESSITAS
SORTITVR INSIGNES, ET IMOS.

IDEOQ;

HVMANÆ SORTIS MEMOR,

EXACTO CONSVMMATISSIMÆ LAVDIS CVRSV,

JESV SALVATORE SVO PLENVS,

ÆVI SATVR

CONSTANTISSIMO IN AGONE ANIMO

EXOPTATISSIMVM MORTALITATIS FINEM

FECIT

CIRCA

JUSTA ELECTORALIA SAXONICA.

CIRCA HOR. V. POMERID. M. OCTOBR. D. IIX.

ANNI ELAPSI CIO IDC LVI.

ÆTATIS ANNO LXXI. MENS. VII. D. II. H. XIX.

CONJUGII CUM ILLUSTRISSIMA PRINCIPE,

VIDUA RECENS-RELICTA,

ANN. XLIX.

REGIMINIS XLV.

NUNC ITAQ.

PROCUMBE IN LACRYMAS, MEA PATRIA, FUNDE QVERELAS,

DEFENSOR POPULI DELICIVMQUE FUIT!

AMISIT

IMPERIVM ROMANVM ATLANTEM MAXIMVM.

SAXONIA-JULIA ETC. DVCEM OPTIMVM.

THVRINGIA LANDGRAVIUM PIUM.

MISNIA ET UTRAQ. LVSATIA MARCHIONEM BENEFICVM.

MAGDEBVRGVM BVRGGRAVIUM PACIFICVM.

MARCHA ET RAVENSBVRGVM COMITEM INCLVTVM.

RAVENSTEINIVM DYNASTAM GENEROSISSIMVM.

DEPLORANT,

LUTHERANA ECCLESIA PROMACHUM.

DOMUS SAXONICA DOMINUM.

PATRIA PATREM.

MISERI PATRONUM.

DENIQVE UNIVERSA-FERE EUROPA

PRINCIPEM ABSOLUTISSIMVM.

SED

PLORATUS NIMI PAUSA ESTO!

GLORIOSISSIMIS

OLIM-PATER PATRIÆ

NUNC REGNAT COELIS. CESSET QVERIMONIA TERRIS

NOSTRIS. NUNC FRUITUR NUMINIS ALLOQVIO,

JAM VICTRICE COMAS AC ÆTERNANTE CORONA

ILLIUS REDIMIT CONDECORATQVE DEUS.

INTEREA AONIDES CEDRIS ADAMANTE POLISQVE

INSCRIBUNT TANTI NOMINA TANTA DUCIS.

*

BEATISSIMI ELECTORIS

BEATISSIMIS MANIBUS

SACR.

ANIMO SUBJECTISSIMO

M. NICOLAUS GREFIUS, FREIB.

PATR. LYCEI CONRECTOR.

LAUSUS

EPICUS

in

Beatissimum Obitum

Potentisf. Sax.

Elect.

JO. GEORGI I. PACIFICI.

Aurea PAX desle tristi tua carmine Fata,
Orbatamq; suo Patriam deplange PARENTE.
Ne renuas, dum Fata premunt (licet Enthea vatis

70 3007 11
JUSTA ELECTORALIA SAXONICA.

Excludat Pimplæa sitim, nec detur in haustus
Pirene) LAUSUM ferali pangere versu.

ILLUSTRIS sunt Fata Domus, & Funera CELSÆ
GENTIS: Torfit enim fusos (heu!) pollice Parca
Lanifica, atq; parum lenivit lævia morsu
Fila; manu durâ sunt stamina rupta DTNASTÆ
PACIFICI, qvi REGIS erat STIRPS, CÆSARIS almi
DEXTERA, ROMANI SAXO VIGIL ORBIS, &, ipse
Omnia quum posset, TANTO tam CHARUS AMICO.
Num minus, ORBIS erat quòd CUSTOS, CÆSARIS atq;
VINDEX? Nonne vias tibi tutas fecit in Orbe
(O PAX) PACIFICUS PATRIÆ PRINCEPS, TUUS OBSES?
Majus erat potuisse, tamen nec velle triumphos
Marte diu vario quæsitos; Pacis amore
Virginis excultæ, quem nec ventura silebunt
Secla, nec ignotâ rapiet sub nube vetustas.
Tunc taces PAX? ò raptum PAX alma reposce
ENSIGERUM, & revoca MANES in luminis auras
Vindice conducto, quò tot de stamine leges
Atropos antiqvâ toties, tardatq; ruentis
Tela necis. Sed agis frustra. Mutare perennes
Noluit (heu!) Fati leges tunc triga Sororum.
Interea vivit PATRII PATER inclytus ORBIS,
Vivit adhuc Dux PACIFICUS, nitidosq; per axes
Errat, & ire polo septemprice dignus habetur,
Ut veteres Latios Grajosq; Heroas adæqvæ
GLORIA, quæ cunctum non demoritura per ævum
Nectit odoratas (sic fas est) pollice lauros.
Desine PAX DIVOS lacrymis, ò desine MANES
Sollicitare, tibi rigido indulgisse dolori
Sat sit: namq; vides RUTÆ de GERMINE GERMEN
PACIFICUM TANTO, quod tu pro PATRE receptes,
Atq; orbem Votis nectar spirantibus imple,
ILIACA UT VIDEAT PATRIS AUGUSTISSIMUS HÆRES
SECULA, ET EUBOICI TRANSCENDAT PULVERIS ANNOS.

CHR. FUNCI M.
Freib. Sch. Patr. Coll.

Haud *Heptarcha potens* obiit JAN Saxo GEORGUS;
Sed vivit, CHRISTI Regna beata colens,
quemq; *scopum vitæ*, dum viveret, atq; *Salutis*
fixit, nunc victo dæmone *letus habet*.
Haud obiit JAN saxo GEORGUS, *Gloria nostra*;
In *Gnato* vivus *nomine regis* viget.
Hunc successorem, JESU, rege, ducq; foveq;
da vitæ longos computet *Ille* dies:
Sit tuus *Is* servus, sit *Afylon* & *Umbra* bonorum,
Eusebies Umbo, *Justitiæq; Decus*.
Quin & tutari *dextrâ omnem*, perge potenti,
O JESU, *Rutam*, *Saxonicamq; Domum*.

GEORG. Trauer/FREIB,
SCH. COLLEGA.

F I N I S.

HL

ULB Halle
004 462 289

3



VD17

Pol. dig.





II.
RUTÆ
SAXO-ELECTORIÆ,
PRINCEPS-FOLIUM
defluit,

Dum PRINCEPS
Defluit

Sed PRINCEPS
Dum r

Indole maet
Pelle ver

Ceu tales v
Est la

W Erw
Am C
Als durch des
JOHANNES
Und da das
Auffs neue Gri
Als JN
Regieret
Du FÜRST
Vertreibe alles
Beschatte
Und jage
So komet

Weil wir am Kauten-Schutz erlangen alle Theil.
Und was JOHANN GEDRG Der Erste gab im Leben/
Daß wird JOHANN GEDRG Der Andere uns geben. III. EN-

IA RUTA,
Tibi

TA,
TIBI

fuga

IRSTEN-BUR
sein grünen hat /

den;
BE aus Sachsen
zen/
itern Bild und Licht/
en nicht?
afft geehret/
en-Schutz/
nd Truz;
heil/

